



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

LIII De actiua vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB

Non odior fascibus inardescit, non cōpendia iniusta sectatur, non potentibus ac diuitibus adulatur, non inquieta curiositate raptatur, non domesticae sollicitudinis cura distenditur, non officiosis occurrentium salutationibus delectatur, nec superborum iniurijs fatigatus, non eum superbia inflat, non ambitio ventosa p̄cipitat, non vana gloria turpiter iactat, non desideriū gloriose opiniōis inflāmat, nō distinctio alieni actus illaquit, non ad societatē turpitudinis amor inuitat, non rabies immani furoris exagitat, non sumptuosa & deliciarū studiū mactat, non ardor animosae cōtentiois axaminat. Non facit impudentē audacia, iniquū iniustitia, ferum inde mentia, variis incōstantia, pertinacē cōtumacia, insatum vesania, delitosum gula, rebellē inobedientia, vanū iactātia, infidelē pfidia, lenē felicitas, sœuū crudelitas, māduconē turpem edacitas, impatientē mobilitas, mobilē instabilitas, vagū spiritualē infirmitas, iracundū animositas, suspicioſum pueritas, verboſum vanitas, irrisore malignitas. Qui remotus est à secularibus prorsus illecebris, remot⁹ ab inimicitijs, remotus ab infidijs alienis, remotus à rapinis vel occultioribus vel apertis, remotus à mendacijs siue p̄iurijs, postremo remotus ab oñi genere flagitorū siue facinorū, quibus carnaliter viuētes deum offendunt, & mortui, p̄tō non seruiunt. Sicut in q̄ carne mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati, ita his & talibus vitijs omnino non viuūt, qui vt viuāt deo, carnē suā cum vitijs & cōcupiscētijs crucifigūt.

De Actiua vita. Cap. LIII,

## LIBER SECUNDVS.

**A**ctiuā vita est, studiosum Christi famulū, iustis insistere laboribus, & prius quidē seipm ab hoc seculo immaculatū custodire, mentē lingua, manū, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentantis cōtinere, ac diuinis perpetuo subiugare seruitijs. Deinde etiam proximi necessitatibus iuxta vires succurrere, esurienti cibū, potum fitienti, algenti vestitū. Ministrando egenis, vagosq; in domū recipiendo, infirmū visitādo, mortuū sepeliendo, eripiendo inopē de manu fortioris eius. Egenū & pauperē à rapientibus eum eruendo, erranti viam veritatis oñdendo, ac cæteris se mancipando fratnæ dilectionis obsequijs, insuper & vsque ad mortem pro iustitia certando.

**D**e contemplatiua vita. Cap. LIII.

**C**ontemplatiua vita est, charitatē quidē & pxi mi tota mente retinere, sed ab exteriori actiōe quiescere, soli desiderio cōditoris inherere, vt nihil agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad viden dam faciē sui cretoris animus inardescat, ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cū mōrore por rare, totisq; desiderijs appetere illis hymnidic; angelorum choris interesse, admisceri cælestibus ciuibus, de æterna in cōspectu dei incorruptione gaudere.

**Q**uæ & quanta sit in hac carne ritæ contemplatiæ perfectio, vel qualiter ei perfruē dimidi contéptores inhæreāt. Ca. LV.

**P**roinde vitæ contemplatiæ sectator ad cō ditorē suum corde illuminandus accedat, ipsi